



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 4. Mare esse vitæ humanæ imagine[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

*Mare esse vitæ humanae imaginem.*

Denique mihi & illa non postrema cauſa  
videtur, vt habeamus, in mari, veram &  
expressam, quamdam humanæ vitæ ima-  
ginem. Aptissimè enim pericula periculis  
explicantur: & quidem summa summis.

Ecclesi. 43.

26.

*Qui nauigant mare, enarrent pericula eius:*  
*& audientes auribus nostris, admirabimur,*  
*cognoscemusque prorsus, in nostra vita,*  
*similes scopulos, & fluctus, & pericula oc-*  
*currere. Qua etiam de cauſa, recte Cle-*  
*mens Alexandrinus, vbi vetat, gemmisan-*  
*nulorum, idolorum imagines insculpi,*  
*suadet nauim vel anchoram imprimi, na-*  
*uigationis vtique, & vitæ humanae moni-*

Clemens mentum. *Sint autem nobis, ait, signacula,*

Alex. lib. *columba, vel piscis, vel nauis, quæ celeri cursu*

3. Pædag. *à vento fertur, vel lyra musica, qua uisus est*

*Polycrates, vel anchora nautica, quam inscul-*  
*pebat Seleucus. Quoties pescem, quoties*

*nauem, quoties anchoram inspicimus, illi-*  
*cò in memoriam venit, homines in terris,*

*non secus ac pisces nauésque in vndis, na-*  
*tare, aut nauigare; vitamque nostram a-*

*quæ similem esse, quæ est res fluxa, ven-*

2. Reg. 14. *tis & tempestatibus obnoxia. Omnes mo-*

14.

*rimus,*

rimur, & quasi aquæ dilabimur in terram,  
qua non reuertuntur, ait mulier Thecuitis.  
De periculis, & aduersis ventis, & mille  
incommodis maris, & vitæ inter se com-  
paratis, complures meminerunt.

## §. V.

*Quomodo S. Augustinus hunc mundum cum  
mari comparârit?*

Bellissimè autem S. Augustinus hominis,  
per hunc mundum, velut per mare, nauigantibus miseras diuersis locis, considerauit. Qui etsi docuerit, ad illum, qui vbi-  
que est, amando veniri, non nauigando;  
mox tamen subjecit: Sed quoniam etiam, in tali itinere, abundant fluctus & tempestates  
diuersarum temptationum, in crucifixum cre-  
de, ut fides tua lignum posset ascendere. Non  
mergeris, sed ligno portaberis. Sic, sic, in huius  
seculi fluctibus, nauigabat ille, qui dicebat:  
*Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini  
nostrí Iesu Christi.* Eandem, per crucem  
nauigandi artem, & vitæ huius procellas  
describit etiam, cum Euangeliū illud de  
Domino ambulante super aquas, exponit,  
his verbis. *Dum ille (Christus) erat in  
excelsis, nauicula turbatur fluctibus in profun-  
do: quia insurgunt fluctus, potest ipsa nauicula*

S. Augu-  
stin. serm.  
2. de verb.  
Apost.

S. Augu-  
stin. in  
Matth.  
serm. 14.

S. 4 turbari;